

ALFARUS.

Præstabit equis insidere, ut vehentes sine lassitudine colloquamur: descensuri cum opus fuerit aut templa aut regiam ingredi.

ZUAZUS.

Quando ita vis, Alfare, mulam ascendito, quæ te ex itinere defatigatum, sine succussatione et placidissime vehet: nosque equis insiliemus; Zamora tibiis contractis et ego extensis, nam ita sunt strati.

ALFARUS.

Cur non ambo eisdem ephippiis, frænis, oreis et antilenis constrati sunt?

ZUAZUS.

Quod ut non omnibus hominibus omnia conveniunt, ita non omnibus equis omnia congruunt ornamenta: phaleras enim alias generosus et magnus equus petit: alias mannus et gradarius.

ZAMORA.

Prodeamus tandem, alias de his loquuturi; Alfarique claudamus latera, ut ex æquo ipsius colloquio frui possimus.

ZUAZUS.

Cui insistemus viæ?

ZAMORA.

Tacubensi, quæ et celebrior est, et recta nos in foro perducet.

ALFARO.

Mejor es á caballo, para que vayamos en conversacion y sin cansarnos: cuando fuere necesario nos apareemos para entrar en las iglesias ó en palacio.

ZUAZO.

Ya que así lo prefieres, y pues vendrás cansado del camino, monta en la mula, que te llevará á paso suave y sin maltratarte. Nosotros iremos á caballo: Zamora con las piernas dobladas, y yo extendidas, porque así lo exigen las sillas. (2)

ALFARO.

¿Por qué no son iguales las sillas, frenos, bridas y pretales?

ZUAZO.

Porque así como no todo conviene á todos los hombres, así tampoco son propios para todos los caballos los mismos jaeces: de unos necesitan los grandes y briosos, de otros los pequeños y de paso llano.

ZAMORA.

En fin salgamos, que de eso hablaremos otra vez. Vaya enmedio Alfaro, con eso gozamos igualmente ambos de su conversacion.

ZUAZO.

¿Qué calle tomaremos?

ZAMORA.

La de Tacuba, que es una de las principales, y nos lleva en derechura á la plaza.

ALFARUS.

Quam exhilarat animum et visum reficit viæ hujus spectus! quam et extensa et ampla! quam recta! quanta ejus planicies! et ne hiberno tempore lutescat et obscena sit, tota lapidibus strata; per cujus medium, quod etiam facit ad ejus ornatum et civium utilitatem, intra suum canalem, aperta, ut magis delectet, aqua decurrit.

ZAMORA.

De domibus quas habet utrinque tanto ordine et ad perpendicularum positas, ut nulla ab alia vel latum unguem deviet, quid judicas?

ALFARUS.

Superbæ sunt omnes et operosissimæ, et quales opulentissimis et nobilissimis civibus convenient: singulas non ædes, ita sunt bene materiatae, sed arces dixeris.

ZUAZUS.

Tales oportuit principio fieri in tanta hostium multitudine, cum cingi muris et turribus muniri civitas non posset.

ALFARUS.

Præsens consilium, neque se, ut nihil desideraretur, plus justo efferunt: idque, ni fallor, tum ut in terræmotibus, cujusmodi audio esse aliquot in hisce regionibus, concussæ, altitudine sua non corruant, tum ut ex æquo omnes solem admittant, alias aliis nequamquan obumbrantibus.

ALFARO.

¡Cómo se regocija el ánimo y recrea la vista con el aspecto de esta calle! ¡Cuán larga y ancha! ¡qué recta! ¡qué plana! y toda empedrada, para que en tiempo de aguas no se hagan lodos y esté sucia. (3) Por enmedio de la calle, sirviendo á esta de adorno y al mismo tiempo de comodidad á los vecinos, corre descubierta el agua, por su canal, para que sea mas agradable.

ZAMORA.

¿Qué te parecen las casas que tiene á ambos lados, puestas con tanto orden y tan alineadas, que no se desvian ni un ápice?

ALFARO.

Todas son magnificas y hechas á gran costa, cual corresponde á vecinos tan nobles y opulentos. Segun su solidez, cualquiera diria que no eran casas, sino fortalezas.

ZUAZO.

Así convino hacerlas al principio, cuando eran muchos los enemigos, ya que no se podia resguardar la ciudad, ciñéndola de torres y murallas.

ALFARO.

Prudente determinacion; y para que en todo sean perfectas, tampoco exceden de la altura debida, con el fin, si no me engaño, de que la demasiada elevacion no les sea causa de ruina, con los terremotos que, segun oigo decir, suele haber en esta tierra; y tambien para que todas reciban el sol por igual, sin hacerse sombra unas á otras.

ZUAZUS.

Decuit etiam et ea ratione, non solum, ut vides, amplissimas et spatiosas esse vias, sed domos, uti optime judicasti, non multum surgere; salubrior ut esset civitas, non impredientibus editissimis ædificiis flantibus et reflantibus ventis, qui una cum sole, pestiferos quos palus, quæ in proximo est, vapores emittit, discutiunt longeque arcent.

ALFARUS.

Ædium antepagmenta non ex lateribus aut vili alia materia, sed ex magnis saxis artificiose positis constructa sunt, in quorum superliminaribus insignia sunt dominorum. Culmina item plana sunt, prominentibus in viam ex subgrundiis canalibus ligneis et fictilibus, pluviam veluti evomentibus.

ZAMORA.

Num aliter hispanæ teguntur domus?

ALFARUS.

Non eodem modo cunctæ; plæraque tamen, in utraque præsertim Castella, nam in Betica varius mos est, imbricibus sive tegulis incurvis cooperiuntur, ita inter se connexis, ut multis ceu tubis factis, imbres excipiant et rejiciant in impluvium: ejusmodique ædificiorum culmina, quæ alii fastigia, alii summitates appellant, ab utroque lato, non transverso ædificii pariete, in acutum semper fastigiant: eminentibus insuper, ornatus gratia, ventorum indice, turrulis et pyramidulis quibusdam: quæ tecta, quod in duas partes devexa sint, et pluviam receptam in utramque partem deducant, a pectinis

ZUAZO.

Por las mismas razones convino, no solamente que las calles fuesen anchas y desahogadas, como ves, sino tambien que las casas no se hicieran muy altas, segun discurriste muy bien: es decir, para que la ciudad fuese mas salubre, no teniendo edificios elevadissimos que impidieran los diversos vientos que con ayuda del sol disipan y alejan los miasmas pestíferos de la laguna vecina.

ALFARO.

Las jambas y dinteles no son de ladrillo ú otra materia vil, sino de grandes piedras, colocadas con arte: sobre la puerta están las armas de los dueños. Los techos son planos, y en las cornisas (4) asoman unas canales de madera ó barro, por donde cae á la calle el agua llovediza.

ZAMORA.

Pues qué ¿en España techan de otro modo las casas?

ALFARO.

No todas del mismo modo. En ambas Castillas especialmente (pues en Andalucía es vario el uso), la mayor parte de las casas están cubiertas de tejas curvas, que formando muchas como canales, recogen las aguas del cielo y las arrojan al patio (5); de suerte que la parte mas elevada del edificio, llamada por unos *cubierta* y por otros *tejado*, va subiendo desde ambas paredes maestras, no desde las transversales, hasta terminar en caballete: en lo mas alto llevan por adorno veletas, torrecillas ó cualquier otro remate. Tales techos, porque tienen dos descensos y reparten el agua á ambos lados, se llaman *de dos*

similitudine *pectinata* dicuntur: quemadmodum *testudinata* quæ in partes quatuor protenduntur. Hæc autem vestra subdialia pavimenta, qualia primum Græci excogitavere et nunc sunt in Campania, genuino vocabulo nuncupantur. Sed quæso, quæ est hæc quæ ad dexteram, transversa item amplissima et maxima via, lapidibus strata, in tam longum, altior et munitior cæteris, tot infernæ tabernas habens, domus protenditur et dilatatur?

ZAMORA.

Regiæ membrum est, et ejus alterum est hoc quod respicit in alteram hanc viam: utrumque, quæ est in latere copulat turris.

ALFARUS.

Urbem alteram non palatium mihi narras.

ZUAZUS.

Ab hac via quæ, uti vides, in latum Tacubensem dividit, omnis generis mechanicarum et illiberalium artium operarii et artifices, quales sunt fabri lignarii, ferrarii, claviles, sutores, textores, tonsores, pistores, pictores, cælatores, sartores, caligarii, armamentarii, candelarii, arcuarii, spatharii, pistores dulciarii, caupones, tornarii et reliqui, ab utraque parte ad forum usque, nullo alio alterius conditionis aut artis homine admissio, habitant.

ALFARUS.

Quantus strepitus et quantus obequitantium et deambulantium concursus et rumor! dixeris plane non viam publicam, sed emporium esse. Superiora hujus membri, tam magnis fenestris decorata, qui habent?

aguas, así como techos á cuatro vertientes los que bajan por los cuatro costados. (6) Vuestros techos planos, inventados por los Griegos, y usados ahora en Campania (7), tienen su nombre propio. (8) Mas pregunto: ¿qué edificio es aquel, mucho mas elevado y fuerte que los otros, y con tantas tiendas en los bajos, el cual se extiende á mano derecha, pasada esa ancha y magnífica calle empedrada? (9)

ZAMORA.

Es un costado del palacio, y otro es el que cae á esta otra calle: ambos están unidos por la torre de la esquina. (10)

ALFARO.

Eso no es palacio, sino otra ciudad.

ZUAZO.

Desde esta calle que, como ves atraviesa la de Tacuba, ocupan ambas aceras, hasta la plaza, toda clase de artesanos y menestrales, como son carpinteros, herreros, cerrajeros (11), zapateros, tejedores, barberos, panaderos, pintores, cinceladores, sastres, borceguineros, armeros, veleros (12), ballesteros, espaderos, bizcocheros, pulperos (13), torneros (14), &c., sin que sea admitido hombre alguno de otra condicion ú oficio.

ALFARO.

¡Qué ruido y qué bulliciosa muchedumbre de gente á pié y á caballo! Más parece una gran feria que una calle. ¿Quiénes ocupan este piso alto, adornado de tan grandes ventanas?

ZUAZUS.

Regii consilarii; et membrum aliud interius, quod magnificentius est, Prorex.

ALFARUS.

Dignum certe tantis viris domicilium. Sed quid illa significant pondera ex demissis funibus pendencia? Vah! non animadverteram; gubernacula sunt horologii.

ZUAZUS.

Recte ais. In editaque hac turri quæ etiam utrumque ædium latus communit, eo est collocatum, ut cum sonuerit, undequaque ab incolis audiatur.

ALFARUS.

Prudenter factum.

ZUAZUS.

Jam adest forum; attentus quæso intuere num aliud amplitudine et majestate par huic aliquando videris.

ALFARUS.

Equidem quod meminerim, nullum: nec censeo in utroque orbe æquale inveniri posse. Bone Deus! quam et planum et capax est! quam hilare! quam undique ambientibus superbis et magnificis ædificiis illustratum! quæ descriptio! quæ facies! qui positus et situs! Revera, si porticus illæ, quæ nunc contra nos sunt, e medio tollerentur, integrum exercitum capere potuisset.

ZUAZO.

La Real Audiencia; y la crujía interior (15), aun mas magnífica, es del virey.

ALFARO.

Habitacion digna ciertamente de personajes tan elevados. ¿Pero qué significan aquellas pesas colgadas de unas cuerdas? ¡Ah! No habia caído en cuenta: son las del reloj.

ZUAZO.

En efecto; y está colocado en esa elevada torre que une ambos lados del edificio, para que cuando da la hora, la oigan en todas partes los vecinos. (16)

ALFARO.

Muy bien pensado.

ZUAZO.

Estamos ya en la plaza. Examina bien si has visto otra que le iguale en grandeza y majestad. (17)

ALFARO.

Ciertamente que no recuerdo ninguna, ni creo que en ambos mundos pueda encontrarse igual. Dios mio! cuán plana y extensa! qué alegre! qué adornada de altos y soberbios edificios, por todos cuatro vientos! qué regularidad! qué belleza! qué disposicion y asiento! En verdad que si se quitasen de enmedio aquellos portales de enfrente, podria caber en ella un ejército entero.

ZUAZUS.

Tanta fori amplitudo in causa est, quominus in aliis res venales afferantur. Nam quod Romæ Suarium, Olitorium, Boarium, Livium, Julium, Aurelium et Cupedinis erant, hoc unum pro cunctis Mexici est. In hoc uno institutæ sunt nundinæ; in hoc fiunt auctiones; in hoc quæcumque sunt venalia, reperies; et ad hoc totius provinciæ mercatores suas merces adferunt et important; in hocque, ut in summa dicam, quæcumque sunt in Hispania potiora, confluunt.

ZAMORA.

Hæc est regalis aulæ facies et tertium ejus membrum.

ALFARUS.

Etiamsi non prædixisses, id satis superque testantur superiora illa deambulacra, tam multis et magnis columnis speciosa, regiam quandam majestatem præ se ferentia.

ZUAZUS.

Teretes sunt columnæ, nam quadrangulas, et in his striatas et medianas, non perinde commendat Vitruvius.

ALFARUS.

Quam convenit in ipsis cum longitudine crassitudo!

ZUAZUS.

Epistylia vide quam sint arte fabricata.

ZUAZO.

Hízose así tan amplia para que no sea preciso llevar á vender nada á otra parte; pues lo que para Roma eran los mercados de cerdos, legumbres y bueyes, y las plazas Livia, Julia, Aurelia (18) y Cupedinis (19) esta sola lo es para México. Aquí se celebran las ferias ó mercados, se hacen las almonedas, y se encuentra toda clase de mercancías; aquí acuden los mercaderes de toda esta tierra con las suyas, y en fin, á esta plaza viene cuanto hay de mejor en España.

ZAMORA.

Esta es la fachada del real palacio, y tercer lado de él. (20)

ALFARO.

Aunque tú no lo dijeses, hasta de sobra lo dan á conocer aquellos corredores altos, adornados de tantas y tan altas columnas, que por sí solas tienen cierta majestad regia.

ZUAZO.

Las columnas son redondas, porque Vitruvio no recomienda mucho las cuadradas, y menos si son estriadas y aisladas. (21)

ALFARO.

¡Qué bien se guarda en ellas la proporcion de la altura con el grueso!

ZUAZO.

Advierte con qué primor están labrados los arquitrabes.